

TAUTOLOGIA SEPTIMA.

PERCUTIAT TE DOMINUS AMENTIA, & cecitate ac furoris mentis.

Deuteronom. 28. vers. 28.

EXPOSITIO LITERÆ.

1



ONSTITUIT Moyſes, quòd poſt tranſitum Iordani in ipſo introitu terræ promiſſionis, duce Iſue, promulgarentur benedictiones & maledictiones à toto populo, diviſis tribubus. Benedictiones ſervatoribus legiſ in monte Garizim, & maledictiones tranſgreſſoribus in monte Hebal. Inter dira fulminanda exlegibus, dicitur: *Percutiat te Dominus amentia, & cecitate, ac furore mentis.* Unde argumentum Tautologiæ erit, delicare diſcrimen amentia, cecitatis mentis, ac furoris, circa idem primo aſpectu verſantium; ut conſtet textum non effe

*Pœna gra-
vis homini
carere men-
te.*

Cicer.

formaliter tautologicum. Pœnam exprimit de *Arufp. reſponſ.* Cicerò dicens: *A Dijs quidem immortalibus que poteſt maior eſſe pœna, furore, atque dementiâ*

*Furor pro
enthuſiaſmo*

2 Pro enthuſiaſmo accipitur aliquando furor, de quo egimus latè *Tom. 3. Tautolog. 2. à num. 21. T. 3. à num. 13.* Unde illud tritum Ovid. 6. *Faſtor.* verſ. 5.

Sophocl.

Eſt Deus in nobis, agitante caſcimus illo.
Et Sophocles in *Aiac.* verſ. 610. *Divina inſania particeps.* Multa olim caſu dicta, & neſcitur, quo numine aſſata, quippe impleta: uti illud Senecæ in *Medea* verſ. 374.

Senec.

*Veniunt annis
Secula ſerijs, quibus Oceanus
Vincula rerum laxet, & ingens
Pateat tellus, Tiphysque novos
Detegat orbes, nec ſit terris
Ultima Thule.*

*Vaticinia
de mundo
novo.*

Vide de hoc vaticinio Franc. Petrarcham, *lib. 3. Epiſt. 1.* Sic etiam Manilius *lib. 1. Aſtronom.* cap. 5. à 75.

Manil.

*Necdum etiam doctas ſolertia fecerat artes
Terraque ſub ſudibus ceſſabat vaſta colonis,
Tuncque in deſertis habitabat montibus aurum,
Ignotusque novos pontus ſubduxerat arbes.
Tunc & lingua ſuas accepit Barbara leges,
Et vagus incertum penetravit navita Pontum.
Fecit & ignotis itiner commercia terris.*

*Quatuor ſpe-
cies furoris.*

Hic dicitur furor. Quapropter Plato in *Phædro*, inquit: *Divina inſania, ſive mania quatuor ſpecies ſtatuantur, quibus totidem præſunt Dijs. Vaticinijs quidem inſpirationem tribuunt Apollini; myſteriorum vim ac efficaciam Libero; enthuſiaſmum Muſis; amatorum furorem Veneri, & Amori: de quo Didacal. 5. num. 1. Marc. Senec. Sæſtor. 1. ita refert ex aliquibus: Fertiles in Oceano (inquit) iacere terras, ultraque Oceanum rursus alta litora, alium naſci orbem, nec uſquam naturam rerum deſinere, ſemper idem, ubi deſiſſe videatur, novam exurgere. Hæc ex Avito: ex ſe verò: Facile iſta ſinguntur, quia*

Mar. Senec.

gula Oceanus navigari non poteſt. Patent non ficta, ſed pridem excogitata. Quod videtur in præf. Poetis enthuſiaſmus, fuit Apolloni ſanctiſſi. Thomæ vaticinium: igitur ut referunt Mattheus *lib. 2. Rer. Indic.* Oſorius *lib. 3. de Geſt. Emman.* Et Zachar. Lippeloo in *Vit. D. Theod.* deſignat Cruce lapidea, vaticinatus eſt: *Cum ad eum lapidem uſque pertingeret pelagus (dilatabat tunc fere triginta milliaria) illico divino inſu eſt motiſſimis terris, candidos homines, ad eadem, qua ipſe intuliſſet, ſacra inſtauranda, venturos. Neque ſeſellit prædictio.* Non alia cauſa huiusmodi ſententia Ethaicorum dicitur divinus vigor, cœleſtis furor. Callandra apud Senecam in *Agammemnon.* v. 716. dicit:

*Vaticinium
Apolloni The-
mæ de ad-
ventu Hiſ-
panorum in
Indiam,
Maſſ.*

*Quid me furoris incitam ſtimulis novi
Quid mentis inopem ſacra Parnafii iuga
Raptis? Recede Pbæbe, iam non ſum tua:
Extingue flammas pectori infixas meo.
Cui nunc vagor veſana? Cui bachor furens?*

Senec.

Iteraturque ſententia verſ. 1005. ubi illa furibunda deſtinata morti, reſpondit: *Veniet & vobis furor.*

*Furent pro
vate.
Furor pro
amore.*

3 Etiam accipitur, ut vidimus ex Platone, furor pro amore. Senec. in *Hippol.* verſ. 276

*Iſte laſcivus puer & revidens,
Tela quam certo moderatur arcu!
Labitur totas furor in medullas,
Nulla pax iſti puero.*

Idem.

Hinc ſictum è cœlo expulſum omnium Deorum ſuffragijs, quoniam vel ibi dyſcolus? & inter homines ſpecie peregrina ingeſtum, ut tutius graſſaretur iurioſus. Ita Natal. Comies, *lib. 8. Mytholog.* cap. 24. inſit:

*Amor è cœ-
lo puſus.*

*Reſictus eſt Deorum calculis
E cœtu Amor decem duorumque. Omnia
Turbabat ille: bella, liſeſque intulit,
Ubi eſſet una; quod foret valde inſolens.
Huic arroganti alas ceciderunt Dei,
Volare rursus ne valeret ad polam;
Proſugum deorumque expulerunt ad viros.*

Natal.
Com.

*Luxuria eſt
motus ſur-
bat.*

Similiter Auſonius ingenioſe excogitat *Edyll. 2.* cui titulus: *Amor cruci affixus*, ubi qui iurioſi, furioſum necarunt. Parco epigrammati, quippe longum: tu videris. Ideo amantes dicitur amantes: equidem ut ait Nar. Comes ubi ſupr. *Sic amor facit, cum ſit quoddam animi delirium.* Ita *lib. 7. Antholog. Epigram. 41.* Opus inſania amoris. *Homer. 11. Odyſſ.* verſ. 271. *Inſipientia mentis.* Propert. *lib. 4. Eleg. 4.* verſ. 68. *Neſcia ſe furijs accubiſſe novis.* Virgil. 3. *Georg.* verſ. 244. *In furias, ignemque ruunt: amor omnibus idem.* Et 4. *Æneid.* verſ. 91. & 101. *Nec famam obſtare furori. Traxitque per oſſa furorem.* Unde Mæcius in *Antholog. lib. 2. Epigram. 7.* inquit: *O amor! Prudentia corruptor, mentis ſurreptor, ſur rationis.* Ovid. *Metam.* *lib. 10. fab. 9.* *Furiſque vota retractas.* Vividè Cornel. Gallus in *Querela Senecæ* canit:

*Amantes
amone.
Idem.
Homer.
Virgil.
Mæcius;
Ovid.*

*Certe diſſicile eſt abſcondere pectoris ignes:
Panditur & clauſo ſepius ore furor.*

Cornel.
Gall.

Eadem Cicero 4. *Tuſcul. qq.* Et Plato *lib. 3. de Repub. Amatorium furorem* (ait Plutarchus de *Precept. convub.*) *ubi ſerid corrumpit, inflammavitque hominem, nullam iam Muſa, non carminis illecebra placant, aut loci commutatio; ſed præſentes, abſentefque æſtuant.* Utriuſque furorem amplectitur Virgil. *loc. cit.* verſ. 65. *lucineus;*

Plutarcha

*Heu Vatum ignava mentes! Quid vota furentem
Quid delubra iuvant? Eſt mollis flamma medullas
Interea, & tacitum vivit ſub pectore vulnus.
Uritur inſelix Dido: totaque vagatur
Urbe furens, qualis coniecta cervæ ſagittâ.*

Sic igitur quia ſine mente furentes, dicitur amoris furor mentis error. Ovidius *Metam.* ubi ſupr. *Retinet malus error amantem.* Horat. *lib. 2. Epiſt. 2.* verſ. 140. *Mentis gra- tiſſimus error.* Plura apud La-Cerd. videris in 8. *Eclog. Virgilij.* verſ. 41. Aliqua diximus *Tautolog. 3. à num. 32.* ubi acceptiones erroris.

*Amor erit
tur error.*

4 Minimè in huiusmodi ſenſu exponenda pleonaſmica ſacra auctoritas, ſed præ- ut eſt furoris proprietas, Antonijs Ianſonius in libello cui titulus, *Mundus furioſus,* ait:

Ianson. inter furiosum & in sanum.

Cicer.

Zach.

Varie significaciones amentia.

Quid sit phrenitis?

Berchor.

Signa illius.

Quid delirium?

Manget.

Qualia in phrenitide nocivissima?

Quidam sui obitii.

Quid Paraphrenitis?

Quid Letargia?

ait: Qui ratione propria non utitur, mentis sue compos non est: si aliorum sanis consilij non acquiescit, is amentis est. Qui autem bene monentes non tantum non audit, sed eos odit, persequitur; & occidit, furiosus dicitur. Amentia enim innocentiam quandam habet: at furor mentis perversitatem, cum nocendi cupiditate contumeliam. Suffragatur Cicero lib. 3. qq. Tuscul. Insaniam separat a furore, quem vocat uti in textu Tautologia, mentis cecitatem. Non est (inquit) scriptum: Si insanus (loquitur de quadam lege, 12. Tabul.) sed Si furiosus. Insaniam enim esse censuerunt inconstantiam sanitate vacantem: furorem autem arbitrati sunt, mentis ad omnia cecitatem: quod quum maius videatur esse, quam insaniam; tamen eiusmodi est, ut furor in sapientem cadere possit; non possit insaniam. Insaniam igitur dicitur dementia: furor etiam, sed hic addit quamdam animi rabiem, qua laesus agitur; qui vero demens & mente captus est, quiescit. In hoc enim differunt furiosus & amentis, seu mente captus; quod furiosus est, qui rabie vel impetu furoris concitatur, vel qui furorem habet patentem. Mente captus vero is est, cui mens & animi iudicium deest, & extrinsecus nullum furorem offendit, vel qui furorem habet latentem. Ita Paul. Zachias lib. 10. qq. Medico-legal. decisio. 2. num. 1. Aequiparantur furioso (inquit Cardin. Tuschi in Practic. iuris. Conclus. 539. num. 8.) demens, mente captus, amentis, & alij qui non habent intellectum. Amentis est idem, quod sine mente: demens, quasi deorsum a mente; mente captus, quasi captiva mente; furiosus, qui mente caret; sed animi rabie vexatur: stultus vero seu mente captus, qui morbo laborat, & pars animi vitata est. Ita innumer. Iuriconsulti ab illo relati a Cloncluf. prefat. usque ad 543.

5 Aliqui cecitatem & furorem mentis, etsi ab amentia signant phrenitidem vel delirium, maniam, vel melancholiam. Phrenitidis definitio à Theophilo Bonet in Thefsaur. Medico-pract. lib. 2. cap. 16. & Ioann. Iacob. Manget in Bibliotheca Medico-pract. lib. 4. Liter. D. sic deponitur: Est delirium perpetuum & continuum, ab inflammatione membranarum cerebri, cum febre continua affligent. Signa apprime describuntur à Petr. Berchor. in Reductor. lib. 4. cap. 3. & Barth. Anglico, seu Grannuyse, Propr. rerum lib. 7. cap. 4. Habet enim mentis insaniam, vigiliam instantiam, occulorum mobilitatem, & extensionem dissolutam. Item in ipso est capitis commotio, manuum projectio, dentium frendor & collisio: semper à lecto vult surgere: nunc solet plangere, nunc cantare: se custodientem & medicamentum libenter solet ledere & mordere: raro solet silere; sed quasi continuo alte clamare. Isti ergo periculosissimi egrotant: & tamen ignorant, aequaliter egrotare.

6 Delirium per se morbus non est; sed tantum symptoma: igitur excitatur, in quantum spiritus animales aut nimis irritati, aut in confusionem acti, huc illic intra globosam cerebri compagem, ubi facultates memoriæ, imaginationis, & phantasiae insunt, tumultuose feruntur: ita dum in his vel ab his varis species excitantur, confunduntur adinvicem, & phantasmata absurda, incongrua, horribilia, vel ludicra, præter conditio humoris prædominantis, obijciuntur, & iuxta obiecta laesus delirat. Unde Manget ubi sup. de Phrenitide, inquit: Potissimum animales operationes nempe imaginatio & ratiocinatio depravantur. Ab illarum lesione tres aducunt phrenitidis species. Aliquando depravari dicitur imaginatio sana ratiocinatione, ut in Theophilo Medico, qui putabat, tubicines esse in angulo domus (de quo Galen. lib. de Differ. sympt. cap. 3. & lib. 4. de Loc. affect. cap. 2.) Interdum vero dicitur offendit ratiocinatio, illesâ imaginatione. Nonnunquam etiam utraque lædi solet: quin & memoratrix quoque, ut ex Tucidide refert Galenus lib. cit. de Sympt. diff. quod à peste Athenis grassata quasi omnes immemores omnium remanserunt, etiam suorum nominum. Altruit Plinius lib. 7. cap. 24. Et Levin. Lemn. 1. de Mirac. natur. cap. 13. Berchor. & Grannuyse ubi sup. ex sententia Constantij, asserunt, Phrenitidem esse calidum apostema in cerebri pelliculis generatum, & à phrenibus, id est, pellibus cerebri obvolvendis, phrenesim nuncupatum. Sic quidem vera: igitur si à fumo, aut fuligine ascendente à stomacho in cerebrum, dicitur Paraphrenitis, id est, Phrenesim non vera. Etiam ob discrimen Lethargia, quæ ut ait Anglicus ibid. cap. 6. Est apostema in posteriore cellula capitis. Fit quando phlegma ex calore febrili sursum ad cerebrum rapitur, & in posteriore cellula in apostema congregatur. Hinc ille falsus somnus; qui lethargicus dicitur à Lethe, Græcæ, oblivione, uti inquit Berchor. loc. cit. Unde Manget, ubi sup. delirium vocat furorem brevem; non quia ex se brevis, sed præter opponitur phrenitidi, quæ ut vidimus in diffinitione, ultra febrem est continuus furor.

Ma.

7 Mania est mentis diuturna emotio cum delirio, & cum feroci audacia, atque furore. Ita Manger ubi sup. lib. 11. Lit. M. Aptius Galenus lib. 3. de Loc. affect. ubi: Est delirium sine febre. Hinc Theophil. Bonet loc. cit. lib. 2. cap. 18. inquit: Mania est mentis diuturna cum audacia & ferocia, sine febre, ab igneo spirituum fervore exorta emotio. Quia sine febre, igitur putredo abest, distinguitur à phrenitide. A Berchorio & Anglico, ubi supra dicitur Amentia. Quare affectui tribuitur depravatio imaginationis; sed memoria maxime ex parte servata. Est enim infectio (ait Platerus) anterioris cellule cerebri, cum privatione imaginationis, sicut Melancholia est infectio media cellule, cum privatione rationis. Melancholia & Mania sunt tam affines morbi, ut vices semper commutent, alterque in alterum non raro transeat. Melancholia à Manget diffinitur per hoc quod fit ea mentis alienatio, qua laborantes cogitant, loquuntur, & efficiunt absurda sed sine febre, verum cum metu & tristitia, absque ulla causa apparente. Bonet loc. cit. cap. 17. brevius & clarius: Est delirium à phantasmate melancholico exortum, ex detentione in unum cogitationis, absque furore, & febre, cum tristitia & metu. Differ Melancholia à Mania, quod hæc furorem comitem habet, illa vero minime. Varij utriusque effectus pro varietate causarum, atque complexionum ægorum. Alia universalis quasi dissipentia ad cuncta; alia particularis, quæ serè, nescio, an ridenda, an deploranda, ut qui demittit caput, & elevat humeros, quasi cælum caderet, vel Atlas lassus imponeret. Alius fugit, & nescit quò, sed se precipitem. Alius numerat stellæ. Alius arbitratur aurum cuncta quæ videt. Alius se Salomonem, Regem, Pontificem, &c. censet. Alius ex butyro constatum, & fugit ignem. Alius ex vitro, & de viat obvia. Alius iam mortuum, & querit sepulchrum. Vide plura, & curiosa apud Medicos præfat. locis citatis Bonet, Manget, & Zachiam. Quidam (ait Nicol. Nancel. in Analog. Micr. ad Macrocl. 1. 10. c. 10.) adeo fortiter pavent homines, ut delirent & demones quosdam videre se putent, ipsi infestos quandoque nocte, quandoque interdium, aliquando vero utroque tempore. Postea ab huiusmodi spectris multi iam se strangulaverunt: plures autem mulieres, præ viri: est enim mulieris natura animi magis detecta, atque imminuta: Sanguis non habens effluxum, præ multitudine resistit ad cor, & ad septum transversum. Cum igitur hæc repleta fuerint; cor satuum fit, deinde ex fatigata torpede, postea ex torpedine delirium apprehendit. Ita Hippocrates: qui in libell. de Virgin. morbis, inquit: His autem sic se habentibus, præ acuta quidem inflammatione insanit: præ putredine vero clamat: præ caliginositate autem timet ac formidat, præ compressione vero circa cor, strangulationes parat: præ sanguinis autem malitia, animus mærens ac anxius malum attrahit, & aliud horribiliter compellat, & in puteos prosilire, ac incidere iubet; tanquam meliora sint hæc, & omnem vitam utilitatem excedentia.

8 Claret modò sensus Tautologia. Maledictiones in transgressores legis diriguntur in cruciama animæ & corporis, ut patet ex contextu. Quapropter sic corpus patitur plagas, ita anima vulnera depravatione facultatum in operationes naturales, & ratiocinia, sine quibus homines plusquam stipites: siquidem vitatio cerebro, phantasia, imaginatione, aut ratione laesa, in quæ non tendent deliria? Amentia laborantibus prævaricatores, quæ desipientia continua, ita ut minime agant, quæ agenda; & quæ omittenda, omittant; sed e contra, quoniam agitantur insaniam. Septuagint. Excessu mentis: & apte. Qui mente excidunt, intenti in unum imaginatione, ut ait Nancel. ubi sup. lib. 4. cap. 2. Problem. de Cerebr. Cum mens occupata in altum se abiderit, neque audire, quæ circumsonant, neque videre quæ obstant. Hinc Anglicus loc. cit. cap. 4. 5. & 6. ex Berchor. Reductor. cap. 3. & 4. Amentiam hic, vocat Maniam, cecitatem, stuporem rationis, & denique furorem, phrenitidem. Eo sensu quo supra ex Medicis delibavimus. Iunxit Maluenda legens: In insaniam, vesania, & in cecitate & stupore mentis. Samarit. Caligine, & stupiditate mentis. Ideo additur: Et palpes in mercede, sicut palpares solet cæcus in tenebris: & non diriges vias tuas: equidem laesa, ac vitiatâ directionis facultate, amentis sese mittit præcipitem, intendens in propositum dirigere pedem. Ita Ino cum filio Melicerta fecit, ut canit Ovidius lib. 4. Metam. fab. 13.

Summa rigent, frontemque in apertum porrigit aquor; Occupat hunc (vires insaniam fecerat) Ino, Sequæ super pontum, nullo tardata timore, Mittit, onusque sumo.

Sic Athamas furens uxorem & filium interfecit, ut dicit idem ibid. Hercules similiter, ut ait Senec. in Herculi. Fur. vers. 1018. Ajaxque, quasi essent hostes, iugulabat

Quid sit Mania, & Melancholia? Manget, Galen.

Platerus.

Manget, Bonet.

Discrimen utriusque.

Efficitur.

Favoris deliria.

Nancel.

Hippocri.

Propter seculera morbi.

Septuag.

Nancel, Anglico, Maluend, Samarit.

Deuter. 28. 29.

Peccator amentis.

Ovid.

pe

peccora; ut asserit Sophocles in *Alac. Flagell.* à vers. 800. Verùm de furore infra num. 11.

Amentia hæc, quia dicitur *Mania*, seu delirium sine febre, accipi debet pro phantasia depravata, qua sibi infinita fingunt videre: ideò additur, vers. 34. *Oppressus cunctis diebus & stupens ad terrorem eorum, quæ videbant oculi tui.* Tanti tantum, quippe tibi videbuntur. Ita Electra dicitur fratri, ut insit Euripid. in *Orest.* vers. 225. & 314.

Nihil vides verè, ut videris cernere.

Etiã si non agrotas, sed videaris agrotare, Angor animi sit morbus hominibus.

Eurip.

Hom.

Phantasia
leia.

Sapient.

Horat.

Cecitas pro
stupore, seu
spasmo.

Berchor.

Mang.

Plin.
Ephesii: Epi
leptia.

Sapient.

Cecitas pro
defectu Syn
desi.Quid Aora
sia?

Augustin.

Plaut.

Insipientia mentis dicitur ab Homero *Iliad.* 10. vers. 122. Igitur minimè obiecta cogitantur uti sunt, sed prout hærent in læsa phantasia. Quo intelligitur illud Deuter. 4. 34. *Horribiles visiones*: iuxta imaginationem, ut ait Cartesian. in *Sap.* 17. vers. 4. de quo infra, num. 15. Quapropter Sapiens hic vers. ult. *Illis superposita erat gravis nox, imago tenebrarum, quæ superventura illis erat.* Ipsi ergo sibi erant graviores tenebris. Hinc Periffa verso pro *Amentia*, legit: *Mania*: quandoquidem pravacientes circa cuncta delirabant ut maniaci, qui nec periculo capiunt, sed magis vesani desipiunt. Quare Horat. *lib. 2. Epist. 2. v. 126.*

Delirus inersque videri

Dum mea delectent mala me, vel denique fallant.

Superfedeo, quia de huiusmodi maniacis, deliris, plura dixi, *Tom. 3. Tautolog. 2. Diadase.* 6. à num. 6.

10. *Cecitate*, id est, *stupore*, ut legunt Pagnin. Malucend. & Berchorius: qui loc. cit. cap. 4. n. 2. subdit: *Stupor est quedam passio anime, quæ nihil aliud est, quam quædam cecitas, seu insensibilitas mentis: quæ est, quando apertis oculis homo nihil videt: quando propter defectum spirituum, anima non iudicat de sensibilibus apprehensis, sicut fuerunt Sodomita in foribus Lot.* Aliquando contigit ex perturbatione rationis non advertentis: aliquando ex superfluitate humoris, vias spirituum opplandis, sicut in ebriofis: aliquando ex constrictione frigoris, nervos sensibiles comprimentis. Et Manget ubi sup. *Principium cerebri facultatum depravatio.* Hancine morbi conditionem habet etiam epilepsia seu morbus caducus. Hispan. *Gota-coral.* Magna cogitatio obcecat, abducto intus visu (inquit Plin. *lib. 11. cap. 37.*) sic in morbo Comitiali: aperti oculi nihil vident, animo caligante. Et Maius in *Supplement. Lucan.* lib. 1. *Oculis non vidit apertis.* Roborari quæ huiusmodi cogitatio dicitur *Tom. prioribus: 2. Tautol. 9. à num. 2-3. Tautol. 2. à num. 15.* quæ videris. Hispan. dicitur: *Defatinar*, vel *Perder el tino*, uti contigit militibus Syriæ, qui quarentes Eliseum, ab hoc ducti sunt in Samariam, 4. *Reg. 6.* à vers. 18. Idem praliante Iuda contra Timotheum, 2. *Machab. 10. 30.* Denique Sapiens, 19. 16. facta comparatione inter Ægyptios, & Sodomitas, dicitur: *Percussii sunt autem cecitate, sicut illi in foribus tuis; cum subitaneis oppressi essent tenebris, unusquisque transfatum ostij sui querebat.* Videtur perspicuè quantus mentis stupor, dum secuti audacter & confidenter filios Israël, ingressos in mare Rubrum. Unde ibid. à vers. 1. dicitur: *Impij autem usque in novissimum sine misericordia ira supervenit. Adhuc enim inter manus habentes luctum, & deplorantes ad monumenta mortuorum; aliam sibi assumpsit cogitationem inscitia: & quos rogantes prolecerant, hos tanquam fugitivos persequebantur: ducebant enim illos ad hunc finem digna necessitas: & horum quæ acciderant, commemorationem amittebant; ut quæ deirant tormentis, repletet punitio.* Hic morbus dicitur Græcè *Aorasia*, & *Glaucoma*: à Latinis, *Avidentia*: quæ facit non videre, non omnia, sed quod non opus est. Unde Augustinus *lib. 22. de Civit. cap. 19.* Cum autem aliquid non videtur (insit) quavis adsit, à quibus alia, quæ pariter adsunt, videntur, *Aorasia* dicitur: quod nostri interpretes Latine dicere non valentes, cecitatem interpretati sunt. Vide etiam Ambros. *serm. 1. de Eliseo*, & Plautum in *Milit. Act. 2. scen. 1. v. 70.* dicentem,

Glaucomam ob oculos subiicemus, cumque ita faciemus; ut quod viderit, non viderit.

Vide etiam Lorin. ad illud *Act. Apost. 9. 8.* *Apertis oculis, nihil videbat.* Nos rates Optimè vernaculè signant discrimen inter mentis, & corporis cecitatem: hanc vocant, *Cæguada*: illam, *Cæguera*: quæ stat etiam in furore mentis.

11. *Furore mentis*, id est, mente furente, agitata à phrenitide, quin cognoscant

scant peccatores esse furentes, neque acquiescant consilij, nec pareant monitis, cunctes quò dolor percillit, & quæ protervitas ducit. *Interviti, incauti, pericula appetentes sua: gaudent feriri, & inflare ferro, & tela corpore urgere, & per suum vulnus exire.* Ita Seneca *lib. 3. de Ira cap. 3.* Est gravis & diuturna mentis alienatio, ita ut quæ agenda vel acta, minimè considerentur; sed impellatur animus in obviam, & quæ occurrerint prima. Virgilius 1. *Aeneid.* v. 154. *Furor arma ministrat.* lib. 2. v. 244. *Cæcique furore.* Et vers. 316.

— Ardent animi: furor, iraque mentem

Præcipitant: pulchrumque mori succurrit in armis.

Homerus *Iliad.* 8. vers. 413. *Quò tenditis? Cur vobis in mentibus furit cor?* Et *Iliad.* 15. vers. 128.

Furiose, mentibus folide, perijisti. An tibi frustra Aureas ad audiendum? Mens autem perijt & pudor.

Sophocles varijs in locis eodem sensu. In *Antigon.* v. 603. *Rationis amentia, & mentium furia.* Clariùs per epitafium geminato adiectivo post substantivum, quod equivaleat superlativo, ut sapè diximus, v. 128. *Ignem ferens, furenti cum impetu furens spirabat.* Quod etiam Palilogia expressit Virgil. *lib. 12. Aeneid.* à v. 677.

Quò Deus, & quò dura vocat fortuna, sequamur.

— Hunc oro, sine me furere ante furorem.

Perque hostes, per tela ruit, mæstamque sororem

Deserit, ac rapido cursu mediã agmina rumpit.

Sic igitur remedij incapaces sunt, quia etiam consilij, ita ut verè dicat Stoicus, *Epist. 94. Si quis furioso præcepta det, quomodò loqui debeat, quomodò procedere, quomodò in publico se gerere, quomodò in privato: erit ipso, quem monebit, insantor.* Biliis nigra curanda est, & ipsa furoris causa removenda. Hæc cuncta contingit filijs Israël & phisicè, & politicè & moraliter, tam in communi, quam in particulari, nullus ambiget, qui Scripturas salutaverit vel à limine. Phisicè, vidimus numeros præc. Politicè, patet tot delirij tam in populo, quam in regibus, traditis in reprobum sensum, ut faceret, quæ nec ipsis convenirent. *Mania*, dum intendunt insanè reverti in Ægyptum, & illius appetere delicias. *Numer.* 11. à v. 5-14. 3. & 21. 5. *Cecitas*, ubi contra Domini voluntatem pugnare contendunt in Amalec & Chananeum: hincque dicuntur obtenebrati, ibid. cap. 14. 44. Eadem mentis caligo in Achab contra Ramoth-Galaad, 3. *Reg. 22.* à vers. 26. & torfentionibus & prælijs relatis à Iosepho, tam in *Antiquitatibus*, quam de Bello *Iud.* usque in urbis exterminium. Quæ quidem cecitas aliquando à Domino permissa Regibus pijs, ut populus lucret pœnas propter scelera commissi, ut quando David iussit numerare populum. 2. *Reg. 24.* à vers. 1. & Ezechias Assyrij Regis legatis ostendit gazam, & opulentiam. 4. *Reg. 20.* 13. Denique *Furor*, dum noluerunt tradi in manus Nabuchi magni, ut monebat Ieremias, sed pugnare in interitum, & fervatorum captivitatem, *Ierem.* 27. In qua obsidione etiam parentes præ fame filijs minimè parebant, quod factum in obsidione Samariæ tempore Ioram Regis Israël, dicitur 4. *Reg. 6.* à v. 28. & inter maledictiones hæcine fulminatur, ut habes loc. cit. nostræ Tautologie, à vers. 53.

12. Moraliter ergo factum & in tota Monarchia, & in privatis, brevè ostendimus: quapropter Rabb. Ionathas legit: *Percutiet vos sermo Domini pavore quousque ad insaniam redigatur cerebrum, & cecitate & stupore cordis.* Hæc cuncta congruè accipiuntur de verberibus conscientia. Patet vel ex profanis, fingentibus homines sceleratos agitari à Furijs, uti Orestem, Aiacem, Herculem, & Truculentum, apud Euripid. Sophocli. Senecam, & Plautum unde fictæ Eumenides virgines, id est, vindictæ indeclinabiles incorruptibiles, inflexibiles. Quæ quidem à Dijs immittæ in vindictam malefactorum, dicitæ *Diræ* in celo; *Furæ*, seu *Erinyes* in terris; *Eumenides* apud inferos, per antiphrasim: igitur *Eumenides*, Græcè, piæ: ironicè, placabiles, id est, implacabiles, sicut Pontus, quia sine ponte; *Parcæ*, quia nulli parcent; *Piscina*, quia sine piscibus; *lucus*, quia sine luce; sic alia & in sacris, Job. 2. 9. *Benedic*: id est, maledic: & *Matth. 26. 50.* *Amice*, nimirum, inimice. Ita igitur *Furia* dicitæ Eumenides, quo sensu Ovidius in *Ibim.* vers. 25.

Hæc igitur meritis grates, ubicunque licebit,

Pro tam mansueti pectore semper agam.

De his egimus *Tom. 2. Tautolog. 9. à n. 5.* & *Tom. 3. Tautol. 2. à n. 11.* Adstantes coram Iove fingit Virgil. 12. *Aeneid.* à vers. 849.

Furor pro inconsideratione præcipiti.
Senecæ.

Virgil.

Homer.

Superlativè ex hinc nominè.
Sophocli.

Virgil.

Consilia furiosa furiosa.
Senecæ.

Mania, cecitas & furor in filijs Israël propter scelera.

Error Regis ob peccata popularum.

Fames valida.

Rab. Ionath.

Furia quæ

Antiphrasis in Scrip.

Ovid.

Haec Iovis ad solium, seu vique in limine regis
Apparent, acuntque metum mortalibus agris,
Si quando letum horrificum, morbosque Deum Rex
Molitur, meritas aut bello terreat urbes,
Harum unam celerem demittit ab aethere summo.

Virgil.

Nomina il-
larum my-
stica.

Vide Textor. lib. 1. Officin. cap. 5. & Natal. Comit. lib. 3. Mytholog. cap. 10. Tiphone,
Allectio, & Megara dictæ, ut canit Orpheus in Hymn. Eumenid. A prima fames, à se-
cunda bellum, à tertia pellis commovebatur, ut licet videre apud La-Cerd. loc.
citat. Virgilij, & quo intelliges optionem datam Davidi inter graves calamitates
2. Reg. 24. 12.

13 Totum hoc de stimulis conscientia intelligendum, suadet Cicero pro Roscio
Amerino: ubi eleganter & crudite mythologiam declarat. Furiarum nomine (infit)
à Poëtis, nihil aliud significat, quam animum sibi male conscium, & scelus qui-
busdam quasi stimulis assidue agitatam. Nolite putare quemadmodum in fabulis sepe
numerò videtis, eos qui aliquid impie, sceleratè commiserunt, agitari & perterri furia-
rum tadis ardentibus. Sua quemque fraus, & suus terror maximè vexat: suum quem-
que scelus exagitat, amentiaque afficit. Sua male cogitationes conscientiaque animi ter-
rent. Haec sunt impijs assidua domesticaeque furia, quæ dies noctesque parant pœnas à
sceleratisimjs filijs repetant. Trium autem furiarum numerus triplicem animi denotat
affectum. Quod furiarum proprium est, aut eorum, qui furijs exagitantur. Hinc etiam
fictum, agitatores videre furias, & insanire videndo, diversis motibus corporis. So-
phocli. in Alae. vers. 59. Insanientem insanis morbis: irruens, impetum faciens. Senec. in
Thebaid. vers. 216.

Cicero.

Sophocli.

Seneca.

Quam gra-
vis!

Idem.

Lucanus.

Petron.

Cicero.

Rara prodig-
ia in homi-
num horro-
rem.

Mens agi-
tata horri-
bilia fingit.

Idem.

Me fugio, fugio conscientium scelus omnium
Pectus, manumque hanc fugio, & hoc caelum & Deos;
Et dira fugio scelera, quæ feci nocens,
Et hoc solam. Auras ore pestifero traho.

Imò quæ cogitabant, videre dicebant, quasi pertransiret per oculos, quicquid speculami
conscientia obijciebat phantasia; arbitrabanturque Manes illorum iniuria affectos
illos comitari & minari. Idem in Oedip. v. 172.

Rupisse canem fama, & nostris
Errasse locis, mugisse solum,
Vaga per lucos simulachra virum
Majora viris. Ululasse canes.

Lucanus lib. 1. vers. 277. Venientes cominus umbras. Petronius in Satyric. fol. 64.
metr. 19. Umbrarum facies divo stridore minantur. Cicero in Urania pro 2. Consulatu
succinit.

Tam verò varia nocturno tempore visa
Terribiles forma, bellum, motusque movebant.

Dion in Tito inquit: Homines gigantea magnitudinis interdum, noctuque per urbes
aberrarunt. Et Dionys. Halicarnas. Antiquit. Roman. lib. 8. dum Opimia Vestalis in-
sultum polluit: Interea (ait) in urbe observata sunt multa prodigia, Deorum iram si-
gnificantiâ: exaudita ominosa voces incerto auctore, observata oculis novæ spectrorum
facies. Idem lib. 10. Varias spectrorum facies, horrendasque. Ovidius 2. Pastor. in
Ferijs Feral. vers. 19. accinit:

Perque vias urbis, latoque ululasse per agros
Deformes animas, vulgus inane serunt.

Plutarch.

14 Plutarchus in Vit. Dionis, de illo, antequam circumveniretur; ait: Cum
solus in atrio domus sederet, respexit, magnamque contuitus est mulierem, quæ habitum
vultuque nihil à tragica furia distans, domum scopis verberet. Idem asserit de spectro
oblato Marc. Bruto, tam eius Vit. quam in Casarijs. Ibi que in propositum nostrum in-
fit: Non affici nos semper bis, aut videre ea, quibus affici nos, aut qua cernere nobis vi-
demur. Nam sensus mobiles sunt, & facile decipiuntur: & mens multò celerius ipsa se-
ipsam nullà impellente causâ concitat, & quasvis species: & animo hominis effringendâ,
effugies recipiendi est vis. Id quoque suapte natura adest, ut quam facillimè variet idem,
atque formet: etenim animi natura ea est, semper ut moveatur: motio autem illa imago
aliqua, aut intellectio est. Porro tibi corpus natura affictum animum exagitat, atque
minus sui compotem reddit. Etiam loc. præf. in Vit. Dion. in princ. inquit: Sanè
spe

Specra ista nemini unquam cordata: pueros, mulierculas, & ob invaditudo mentis
parim constanter homines, animi quoque errore quodam, vel corporis intemperie affectos,
inania sibi de horribilibus quædam imaginant. De spectro obiecto oculis Clytemnestra
ipse libelli. de Phœnia. Ven. nati. lib. 1. cap. 1.

Accedere est visus aræ, cui humanum caput esset.

Rex hinc Phœnidas obtulit se oculis.

Hic latè tractat vel Ethnicus, & quæ extrema conscientia percussa urget, variasque ve-
xationes, insanias, emotionesque mentis, præcipitæque recollit. Cuncta elegantissimè
describit Lucanus post eadem Pharsalicam lib. 7. a vers. 764.

Quo rigitur vesana quies, somnique furentes.
Thessalam miseri versant in pectore pugnam.
Invadit cunctis sævum scelus, armaque totâ
Mente agitant, capuloque manus absente moventur.
Ingenuisse putes campos, terramque nocentem
Inspirasse animas, insectumque æra totum
Manibus, & superam stygia formidine noctem.
Exigit à meritis tristes victoris pœnas,
Sibilaque & flammam infert sopor: umbra pervemptâ
Civis adest: sua quemque premit terroris imago.
Ille senum vultus, juvenum videt ille figuras:
Hunc agitant totis fraterna cadavera somnis:
Pectore in hoc pater est. Omnes in Cæsare Manes.

Conscientia
obijcit, quic-
quid pectus
urget.

Lucani.

Plutarch.

Artemonem (ait Plutarchus in Pericle) metu fractum, atque stupidum, plurimum tem-
poris domi vixisse, duobus servis aream scutum supra eius caput sublatum tenentibus, ne
quid in eum desuper caderet.

15 Hæc inæ describitur à Profanis: solidius in Sacra pagina. Job 15. a vers. 2. r.
Sontus terroris semper in auribus illius: & cum pax sit, ille semper insidias suspicatur. Job 15. 21.

Non credit, quod reverti possit de tenebris ad lucem, circumspiciens undique gladium.
Cum se moverit ad querendum panem; novit, quod paratus sit in manu eius tene-
brarum dies. Sapient. 17. 18. Una enim catenâ tenebrarum omnes erant colligati. Sive
spiritus sibilans, aut inter spissos arborum ramos, avium sonus furvus, aut vis aquæ
decurrentis nimium, aut sonus validus precipitarum petrarum, aut ludentium anima-
lium cursus inoscis, aut mugientium valida bestiarum vox, aut resonans de altissimis
montibus echo; deficientes faciebant illos præ timore. Ipsi ergo sibi erant graviore tene-
bris. Non defuerunt spectra, ut diximus num. 9. imò urgebant, ut magis cruciarentur,
vel verè apparentibus imaginibus, vel turbatis nocentium imaginationibus. Per sona
tristes illis apparentes, pavorem illis præstabant: dicitur ibid. vers. 4. & vers. 9. Nam
est nihil illos ex monstris perturbabat (id est, noccebat) transtu animalium, & ser-
pentium sibilatione commoti, tremebundi peribant. Cum sit enim timida nequitia, dat
testimonium condemnationis. Semper enim præsumit sæva perturbata conscientia: nihil
enim est timor, nisi proditio cogitationis. Aliquando monstrorum exagitantur timore:
aliquando anima deficiebant traductione: subitaneus enim illis, & inspiratus timor su-
pervenerat. Philo 2. de Vit. Mosi. Nulli (ait) vacantes sensui. De huiusmodi spe-
ctris, si plura desideras, videbis Abulen. in Exod. 10. Olkot, Alap, & Lorin, in loc.
præf. Sapient. Unde sensus tautologici testimonij est, ex pœnis pro peccatis inferendis,
& à conscientia obvijs, ita perturbaberis, ut sis insanus, mentis impos, ratione cæ-
cus, & cunctis operationibus furiosus. Ideo dicit Dominus Isai. 29. 9. Obstupescite &
admiramini: fluctuate & vacillare: inebriamini & non à vino: movemini & non ab
ebrietate; quoniam miscuit vobis Dominus spiritum soporis: claudet oculos vestros. Ideo
ecce ego addam, ut admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo: per-
ibit enim sapientia à sapientibus. Hoc dicitur Spiritus vertiginis in stultitiam & erro-
rem, ibid. cap. 19. a vers. 13. & 63. 6. Inebriavi eos indignatione mea: qua stultescant,
quasi in circuitu ambulantes, & præ dolore furentes, positi ut rota; & insanient à fa-
cie gladij: uti dicitur Jeremia 25. 16. igitur præ admiratione ex dolore ratio cadet, ima-
ginationis facultas depravabitur, & phantasia ita laceretur, ut quæ viderint, non videant,
& non visa videantur videre. Hoc est ex furijs egrotare, ut ait Sophocles in Trachin.
vers. 1256. Alia dicemus Tautolog. 8. ubi de Terrore Panico.

Bellum inq-
ternum.

Sapient. 17.
18.

Timida ne-
quitia.

Ibid.
Timida ne-
quitia.

Isai.
Quæta ma-
la ex pecca-
to.

16 Hæc in communi, acceptis moraliter insanâ, cæcitate & furore mentis: quæ
Bbb qui-

quidem lamentabilia in conscientia privata ob patrata crimina. Unde amentiam arbitrator ipsum peccatum perturbans intellectionem, & urgens in aliud cupiditatem. Cæcitate mentis, insensibilitatem conscientie: & denique furorem, vnuandari sub peccato: ita ut cognitis criminibus, pro respicienda ingeratur procax audacia, peccator fiat supra modum peccans peccatum, in quo ultima salus nullam sperare salutem, mutata in cunctis materia, non malitia. Infania, quia qui in furdibus est, adhuc fordet, & qui nocet, nocet & non respicit, ut dicitur *Apocal. 22. 11. Cæcitas, quoniam impie impius agit, nec intelligit, ut ait Daniel 12. 10. Furor, quippe lassantur prævaricatores in via iniquitatis, ut inquit Sapiens 5. 7. & nihilominus delinquant, quanvis tabescant.* Unde Gregorius Magn. lib. 24. *Moral. cap. 13. Vitium (inquit) quanto magis patimur, tanto minus videmus. Sic quippe in mente superbia, sicut in oculis caligo generatur. Quò se hæc latius dilatat, eò vehementius lumen angustat. Paulisper in præcordijs crescit, & cum se vastius extenderit, oppressa mentis oculum funditus claudit; ut captivus animus typum elationis & pati possit, & tamen id quod patitur, videre non possit.* Univerfa signat Propheta Evangelicus 6. 10. *Excæca (id est, excæcatum demonstra) cor populi huius: & aures eius gravata, & oculus eius clude, &c. Ita ut amentia notetur in caligine oculorum, cæcitas in oburatione aurium, & furor in tenebris cordium.* Pro quo Lyra hic. *Excæca cor: id est, excæcandum per errorem in intellectu. Et aures gravata: in affectu per obstinationem. Talis excæcatio & obduratio non est à Deo directæ, sed ex liberi arbitrij defectibilitate. Homo enim avertens se à Deo, meretur, ut iuste Deus retrahat gratiam suam ab eo, cuius effectus est illuminare intellectum, & mollificare affectum: & ideo ipsa substracta homo excæcatur & obduratur suâ malitiâ. Quod profecto totum signum reprobationis.*

Quando & quomodo in peccato amentia, scilicet & furor mentis

Greg. Mag.

Augmentum & extensio peccati.

Mat.

Unde signum reprobationis

Sophocl.

Homer.

Osc. 9. 7.

Quæ multitudine amentie in Israel

Act. 7. 51.

Marc. 3. 5.

Iob. 15. 25.

Effectus illius furoris

Zachar. 11. 9.

Ezech. 14. 13.

Virgil.

Catull.

Plaut.

Ier. 44. 16.

Quid est peccare per superbiam? Marcil.

17 Non fugit cogitatio Profanos. Sophocl. in *Antigon. vers. 179. Impossibile (inquit) percipere vi animum & sensum & mentem. Pessimus esse nunc & præidem videtur.* Unde pessimus infania in mente, cæcitas in sensu, id est, ratiocinatione, & furor in animo: quatenus cuncta pro facultate intellectiva sint læsa: igitur in proposito animus malignus, sensum perversum, & discretio per synderesim nulla adinstat furiosi debacchantis. *Homerus Iliad. 24. vers. 186. cuncta hæccine mala ab Achille avr. t. Neque enim est demens, neque inconsideratus, neque impius.*

Virgilius 12. *Aneid. à vers. 607. Turba furit: Dimittunt mentes. Attoniti fati. Minime aliter prævaricantes in Israël, propter multitudinem amentie, ut dicit Osecas, 9. 7. igitur quò magis revocabantur, eò vehementius iruebant in revocantes, tanquam multa febre phrenetici insanientes in medicos. Unde Stephanus dixit illis *Act. 7. 51. Durâ cervice, & in circuncisis cordibus & auribus, vos semper Spiritui Sancto resistitis: sicut patres vestri, ita & vos. Audientes autem hæc discabantur cordibus suis & stridebant dentibus in eum. Quam cæcitatem sepe Christus proposuit, flevit, Luc. 19. 41. & ut ait Marcus 3. 5. Circumspiciens eos cum ira, contrivistatus super cæcitate cordis eorum: quos quidem in tantam perniciam impulit, ut diceret Iobus 15. 25. Tetendit ad versus Deum manus suam, & contra omnipotentem roboratus est: cæcisit adversus eum erecto collo. Furor ex cognitione scelerum ita viguit, & inolevit; ut dicerent: Quod moritur, moriatur: quod succiditur, succidatur. Dialecto nostra: Cayga quien cayere. Prævaricetur prævaricans. Venga lo que viniere. Apud Ethnicos etiam huiusmodi phrasibus. Virgil. 12. *Aneid. vers. 828.***

Occidit, accideritque sinas cum nomine Troia. Catullus Epigr. 8. vers. 1. & Plaut. in Trinum. Act. 4. scen. 3. vers. 16. succinunt; Miser desinas ineptire, Et quod vides perisse, perditum ducas, Quid ergo quod perijt, petam? Quod perijisse ducis?

Ita Hebræi per medios gladios in morrem ruebant, amentes, caci & obcæcati, itaque furiosi; ut auderent dicere Ieremix 44. 16. *Sermonem, quem locutus es ad nos in nomine Domini, non audiemus; sed facientis factemus omne verbum, quod egredietur de ore nostro.* Hæccine audacia dicitur insolens superbia. Unde optime N. Marcilla in 4. cap. *Levitice, inquit: Peccatum per ignorantiam distinguitur in sacris literis, contra peccatum per superbiam; quod committitur ab eo, qui renuit subijci legibus, quasi excelsum habens manus ad opponendum se legislatori: & hic vocatur etiam peccans voluntariè & spontè; ad cuius peccati remissionem nulla in lege statuitur hostia, sed morte pu-*

punitur, ut habetur Numer. 15. 30. & ad Hebr. 10. 26. *Pro alijs verò peccatis, quæ vocantur Per ignorantiam, statuuntur presentes oblationes, & illa quæ habentur in eodem loco Numerorum. Breviter, & nervosè, uti verlati in scripturis sententia, quæ quidem necessaria in expositionem difficilis auctoritatis Eccli. 20. 4. ubi dicitur: Voluntarium peccatum: quasi possit esse peccatum, quin voluntarium. Hoc opus in testimonij delicationem, erit in præsentiarum nosser labor, pro quo præmittendæ acceptiones peccati, & voluntarij.*

18 Peccatum sæpe in Scriptura sumitur pro omnimoda legum transgressione, sicut Sabbati custodia pro omni lege. *Ierem. 17. 21. & Iſai. 56. 2. Beatus custodiens sabbatum, ne polluat illud, custodiens manus, ne faciat omne malum.* Sic præceptum pro omni lege. *Pſalm. 7. 8. In præcepto, quod mandasti: & sæpe Pſalm. 118. Baal pro omni idolo. Oſe. 13. 1. Ephraim deliquit in Baal: hoc est, in cunctis idolis, quæ 1. Reg. 7. 3. dicuntur Baalim & Astaroth. Non secus peccatum pro omni peccato. Qui tollit peccatum mundi. Ioann. 1. 29. nimirum, omnia mundi peccata. In peccato vestro moriemini. Ibd. cap. 8. 21. Peccatum peccavit Ierusalem. Thren. 1. 8. Rom. 7. 13. & 4. Reg. 21. 17. Etiam apud Ethnicos stylus. Senec. in *Medea, vers. 283. Culpa infontes trahat. Virgil. 1. Aneid. vers. 45. Unius ob noxam. Ovid. 5. Trist. Eleg. 9. v. 24. Culpa caret. Et Cicero de Amicitia denique: Nulla est excusatio peccati. Etiam accipitur peccatum pro peena peccati. Peccata populi mei comendat. Oſe 4. 8. & 12. 8. Ecce abstuli à te iniquitatem tuam. Zachar. 3. 4. Salubris est cogitatio, pro defunctis exorare, ut peccati solvantur. 2. Mach. 12. 46. Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. 1. Petr. 2. 24. Pro peena & pro victima peccati, ut ait Ambrosius in Pſalm. 118. 43. illud Pauli, ad Cor. 5. 21. Qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit. Q. d. Se victimam pro peccato fecit, vel penam & passionem peccatorum toleravit. Aliquando sumitur pro immunditia legali, seu irregularitate. Pullum columbe pro peccato. Levit. 12. 6. id est, pro puerperij immunditia. Idem statuitur cap. 14. 13. pro sacrificio in leprosi mundatione, & sæpe alibi. Aliquando pro errore contra veritatem. *Omne autem quod non est ex fide, peccatum est. Rom. 14. 23. id est, error. In peccato vestro moriemini. Ioann. 8. 21. hoc est, erroribus: & cap. 9. 34. In peccatis natus es totus: nimirum, in tenebris, sicut quandoque tenebræ accipiuntur pro peccatis. Ibd. cap. 1. 5. Etiam accipitur peccatum pro concupiscentia, seu fomite in peccatum, quod peccatum non est, sed pronitas appetitus est inens in delectabilia sensibilia, vel propensio in malum instabilibus propter culpam originalem potentijs. Rom. 7. 17. & fecit tot. cap. Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Cap. 3. 9. Iudeos & Græcos omnes sub peccato esse. Cap. 5. 12. Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors. Et demum cap. 6. 12. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentijs eius. Denique peccatum in Sacra pagina sumitur pro idolo, seu causa peccati. 3. Reg. 14. 22. Fecit Iudas malum coram Domino, & irritaverunt eum super omnibus, quæ fecerant patres eorum in peccatis suis (idolis, scilicet) quæ peccaverunt. 4. Reg. 21. 17. Univerfa quæ fecit Manasses, & peccatum eius, quod peccavit. Ierem. 17. 1. Peccatum Iudæ scriptum est stylo ferreo in ungue adamantino, excaratum super latitudinem cordis eorum (de quo vide dicta Tom. 2. T. 1. num. 19.) & in cornibus ararum eorum. Amos 8. 14. Qui iurant in delicto Samariæ, & dicunt: Vivit Deus tuus Dan. Quo intelligitur celebre Ecclesiastici testimonium cap. 49. 5. quod torfit multorum ingenia: nempe. Præter David & Hæzæbiam & Iofiam, omnes (reges scilicet, Iuda) peccatum commiserunt. Id est, idololatæ fuerunt: equidem est multi pij, putà, Afa, Iofaphar, Ioas, Amasia, Azaria, & post penitentiam, Manasses; nullus *Excelsa* (hoc est, altaria in locis excelsis, putà montium cacuminibus, & collibus) abstulit, uti notatur 3. & 4. Reg. Scandalum enim erant, quod amovere ius erat, nè indulgentiæ Reges viderentur approbare. Unde Rex Agamemnon apud Senecam in *Troâd. vers. 289. ait:****

Eccli. 20. 4.

Peccati pro omni peccato.

Senec.

Pro peena peccati.

Pro victimâ

Pro immunditia legali.

Pro errore.

Pro concupiscentia.

Pro idolo.

Eccli. 49. 5.

Quid dicantur Excelsa.

Senec.

Qui peccate non prohibet, iubet, Salviau.

— In me culpa cunctorum redit. Qui non vetat peccare, cum possit, iubet. Potestas quippe magna (ait Salviau lib. 7. de Provident.) & potentissima, qua inhibere scelus maximum potest; quasi probat debere fieri, si sciens patitur perpetrari. In cuius enim manu est, ut prohibeat; iubet agi, si non prohibet. Quapropter etiam Prudentius lib. 1. in Synach. vers. 113.

Nihil fert, auctor fuerit, factorque malorum,

Bbb 2

An

Prudent.

An opera in vitium sceleris pulcherrima vertit, Cum possit prohibere, sinat.

Igitur suffragatur, quisquis dissimulatione indulget. Qua de causa praefati Reges, etsi idolorum otores, idololatra dicuntur, quia permiserunt excelsa; quae profecto quanvis primo non idolis dicata, sed Deo vero; ob periculum idololatriae Deus inhiibuit, Deuter. 12. 2. imò ruina patuit vel tempore Salomonis. 3. Reg. 11. 15.

19 Etiam notanda differentia in vocibus: etenim peccatum dicitur delictum, nequitia, culpa, noxa, transgressio, praevicatio (pro idololatria, curvatio) macula, immunditia, iniquitas, crimen, malitia, scelus, flagitium, malum, & sic alia. Primo dicam, quid Profani, mox quid Catholici cogitaverint in discrimen. Cornelius Fronto de Differ. voc. inquit: Peccatum a delicto ita differt, ut peccatum sit, cum ali- quod factum est, sed minus rectè: delictum verò cum aliquod praetermissum, & negle- ctum quod fieri debuit. Cicero 4. act. in Verrem, in crimine involvit delictum, pecca- tum, dolum, fraudem, noxam, & maleficium, id est, malefactum propter legum transgressionem. Etiam Laurentius Valla, 4. Eleganti. cap. 58. Crimen pro delicto, & peccati accusatione; flagitium pro errore, negligentia, imprudentia, & oblivione usurpat. Plautus in Persa, Act. 4. scen. 4. numerat plura crimina, inter quae vers. 10. Pessimum scelus. Quo in loco Frider. Taubmann. subdit: Facinus, flagitium, scelus hoc differunt: quòd facinus vi, aut malitia committitur: flagitium sit libidine, vel ne- quitia: Scelus utrumque comprehendit. Cicero in Catilin. 1. Quod facinus à manibus un- quam tuis, quod flagitium à toto corpore absuit?

Varia no- mina pec- cati.

Front.

Cicer.

Vall. Discrimina.

Taubm.

Cicer.

Quid pec- catum & delictum?

Augustin.

Gregor.

Iob. 13. 23. Iniquitas, & scelus?

D. Thom.

Cum starum vocum pro peccato dif- ferentia.

Caictan.

Oleas.

Lori.

Pined.

20 Aliqui Hebraeorum autamarunt peccatum, quicquid contra praeccepta af- firmativa commissum, delictum verò contra negativa, in quorum cogitationem frustra- gantur plures PP. uti videbimus: verum ne sine nanijs & nugis illorum ratiocinium appareret; asserunt, praeccepta affirmativa, & peccata in ea, totidem esse ac ossa hu- mani corporis, videlicet 248. Negativa verò tot, quot anni dies, nimirum 365. numeratque Genebrard. in fin. Chronolog. seu append. Augustin. in Levitic. q. 20. e contra accipit: peccatum scilicet contra praeccepta negativa, & delictum in afirmati- va mandata. Sequuntur Augustinum Lyra, Abulenſis & Sidorus Clarus hic. Gregor. Magnus Homil. 21. in Ezech. inſit: Hoc inter peccatum & delictum distat; quod pec- catum est mala facere: delictum verò est bona derelinquere: Vel certè peccatum in opere est, delictum in cogitatione. D. Thom. in Iob. 13. lect. 2. ad illud vers. 23. Quan- tas habeo iniquitates, & peccata, scelera mea & delicta ostende mihi: sic exponit: Pec- catorum autem quadam sunt commissà, quae contra praeccepta legis negativè sunt. Qua- dam omiſſa, quibus praeccepta affirmativa negliguntur. Committitur autem aliquid con- tra praecceptum legis tripliciter. Uno modo, quia est in nocumentum proximi, ut fur- tum, homicidium & huiusmodi; quae proprie Iniquitates dicuntur: quia aequitati iusti- tia, quae est ad alterum contrariantur. Alio modo, secundum quòd homo peccat in se- ipsum, per inordinationem sui actus: ut apparet in peccatis, praecipue gula & luxuria: & haec dicuntur Peccata, quasi deordinationes quadam hominis. Tertio modo commit- tuntur aliqua directè contra Deum, ut blasphemie, sacrilegium & huiusmodi: & haec propter sui gravitatem Scelera dicuntur. Omiſſionis autem proprie denominantur De- licta, Caietanus in illud Exod. 34. 7. Auferis iniquitatem & scelera, atque peccata, sub- dit: Manifestat se Deus condonantem omne genus peccatorum. Omnia siquidem peccato- rum genera comprehenduntur sub his tribus. Nam Hebraice sic graduantur, quod ter- tium sonat malum; primum, peius, secundum, pessimum. Sub tertio siquidem continen- tur peccata pro ignorantiam, infirmitatem, vel passionem facta: sub primo autem pec- cata ex proposito studiose patrata: sub secundo verò peccata ex malignitate vel contemptu. Oleaster etiam hic postquam legit: Levans iniquitatem, & praevicaciationem & pecca- tum, inſit: Levans curvitatē, seu iniquitatem, & rebellionem & peccatum. Peccatum scilicet est malitia, quod vocatur curvitas: & ex superbia, quod est rebellio: & pecca- tum fortè ex infirmitate. Lorinus in 14. Numer. 18. ait: Alij explicant de triplici ge- nere peccatorum, ex ignorantia, fragilitate, malitia. Et in Psalm. 50. v. 4. Peccatum, contra praescriptum rationis & conscientia; iniquitas, pravus quasi affectus concupi- ſcentia. Peccatum concupiſcentia: iniquitas, mala voluntas. Peccatum, actus malus: iniquitas, quia in peccantem. Pineda in locum praefatum Iobi: Illud est proprie- tate vocum elicitur, Iniquitatem esse pravitatem quandam: Peccata verò proprie erra- ta: Scelus autem est quasi transgressio: Delicta, declinationes à via. Alapide in 7. Levit. vers.

vers. 7. ubi: Sicut pro peccato offertur hostia, ita pro delicto. Verum dico (inquit) pec- catum, cum à delicto distinguitur (nam sepe haec duo pro eodem accipiuntur) esse illud, quòd prudenter & scienter committitur: delictum verò, quod ignoranter sit, putà per imprudentiam, oblivionem, vel inſcientiam, maximè iuris: uti sit, cum quis legem igno- rat, vel eius oblitus. Vide alia apud Bonfrerium in 4. Levitic. Augusti. Torniel. Ann. Mund. 2545. num. 22. & Riberam lib. 4. de Templ. cap. 6.

21 Quid ergo dicam inter tot PP. S. & doctif. Interpretes? Aliquid ergo di- cendum. Utinam aptum! Peccatum error est: variantur igitur erroris nomina propter actionem, propter causam, propter effectum, propter obiectum, propter quantitatem & qualitatem, propter modum, propter iudicium, & denique propter penam. Dici- tur error, quia agens deviat à regula. Psalm. 57. 4. Levit. 5. 19. Per errorem deliquit, & Tacit. 2. Histor. cap. 72. Militum errore, barbarum studio. Ideo peccatum dicitur vitium, id est, deformitas; quippe inest animæ, sicut morbus corpori. Iudic. 9. 19. Si ergo rectè, & absque vitio. Galat. 5. 24. Crucifixerunt cum vitijs. Cicer. 4. Tuscul. 99. Virtutis contraria est vitiositas. Similiterque dicitur delictum, hoc est, defectus. 2. Paralip. 28. 13. Quare vultis adſicere super peccata nostra, & vetera cumulare delicta? Idem 1. Eſdr. 9. 6. Delicta nostra creverunt. Plaut. in Menech. Act. 4. scen. 2. vers. 56. Nunquid sercorum deliquit? In agente dicitur idè defectus & ignorantia, quia deficit à ratione. Iob. 19. 4. Mecum erit ignorantia mea. Psalm. 24. 7. Ignorantiam meas ne me- mineris. Tacit. in Vit. Agricol. cap. 1. Ignorantiam rectè. Pariterque dicitur iniquus, quia alijs vult, quod sibi renuit, cum semper sit aqua ratio. Genes. 16. 5. Inique agis contra me. Ezech. 28. 18. Et iniquitate negotiationis. Plin. lib. 12. cap. 19. Ob iniqui- tatem praepotentium. Dicitur etiam in illo macula, quia dedecorat, notat ignominia, & pollut. Iosue 22. 17. Macula sceleris. Apoc. 14. 5. Sine macula ante thronum Dei. Exod. 32. 25. Propter ignominiam fordis. Proverb. 18. 3. Impium sequitur ignominia & opprobrium. 2. Reg. 11. 4. Sanctificata est ab immunditia sua. 4. Reg. 1. 11. Pec- care fecit in immunditijs suis. Cicero in Catilin. 1. Cuius ut adolescentie maculas, ignominiaque praetereram. Plinius lib. 28. cap. 2. Conferre, ignominia esset. Plautus in Mostell. Act. 1. scen. 2. vers. 9. Nequam, immundus. Dicitur quoque pecca- tum nequitia, quia actus est index improbitatis: malitia, quippe signum deprava- tate voluntatis: & malignitas, quoniam speculum animi & intentionis perverſe. Eccli. 6. 4. Anima nequam disperdet. Et cap. 14. 8. Nequam est oculus lividi. Jerem. 4. 4. Propter malitiam cogitationum. Et 11. 15. Nunquid carnes sancte auferent à te malitia? Psalm. 21. 17. Concilium malignantium. Rom. 1. 29. Repletos omni iniqui- tate, militia, nequitia, dolo, malignitate. Ovid. Epist. 16. vers. 29. Que tua nequitia? Aul. Gell. lib. 9. cap. 2. Nebulonem hominem, malum & malitiosum. Terent. in He- cyr. Act. 1. scen. 2. vers. 84. Maligna multò & procaze. Peccatum simul dicitur noxa, quia exigit penam: crimen, quoniam dignum iudicio: culpa, quippe criminalis, & obiectibilis. Vernaculè dicimus: Hacer cargo. Exod. 32. 31. Dimitte eis hanc noxam: id est, penam criminis. Numer. 35. 27. Absque noxa erit, qui eum occideris. Ibid. cap. 5. 31. Maritus absque culpa erit. Esth. 16. 15. In nulla penitus culpa. 2. Mach. 4. 47. Reum criminibus absolvit: nimirum, accusationibus. Act. 25. 5. Si quod est crimen ac- cuserent. Liv. lib. 1. Decad. 5. Facinus noxa fuit. Senec. in Here. Oet. vers. 981. Er- ror à culpa vacat. Propert. lib. 4. Eleg. 7. vers. 70. Crimina perfidiae. Et Plaut. in Am- phitruon. Act. 1. scen. 1. vers. 261. Siquid deliquerit, tantò accusabo amplius. Signa- tur etiam peccatum transgressio, ac violatio respectu legis: praevicatio respectu offi- cij vel muneris. Iosue 22. 16. Que est ista transgressio? Iacob. 2. 11. Factus es transgressor legis. Itai. 24. 16. Praevicaciatione transgressorum. Eccli. 7. 20. Noli praevicari in amicum. Iudith. 9. 11. Violare sancta. 1. Cor. 3. 17. Templum Dei violaverit. Plin. lib. 18. cap. 19. Arator nisi incurvus, praevicacatur. Et Iunior lib. 1. Epist. 20. Praeva- catio est, transire dicenda. Ovid. 13. Metam. fabul. 1. Violato federe complet. Tibull. lib. 1. Eleg. 6. vers. 51. Custodit amor violare. Etiam peccatum dicitur scelus, quasi grave & atrox facinus: quia scelus pondus peccati transit, ut ait Gregor. Magn. in Iob. lib. 11. cap. 21. sicut dicitur flagitium, si leve; quasi flagris dignum crimen: uti inſit Valla, ubi supr. num. 19. Levit. 20. 12. Uterque moriatur, quia scelus operati sunt. Iosue 22. 19. Abstt à nobis hoc scelus. Ovid. 4. Trist. Eleg. 4. vers. 69. Sceleratus Orestes. Propert. lib. 4. Eleg. 7. vers. 68. In scelus hoc animum. Virg. 8. Aeneid. v. 206. Scelerisq; dolive fuisse. Genes. 44. 7. Servi tui tantum flagitij commiserint? Luc. 12. 47. &

Peccati diffe- rentia iuxta com- mationem.

Error & vi- tium.

Delictum, defectus & ignominia.

Iniquitas, macula, ignominia & immunditia.

Nequitia, malitia, & malignitas.

Noxa, cri- men & culpa.

Transgressio violatio, & praevicacatio.

Greg. Mag. Scelus & flagitium. Laur. Vall.